86 28

in hereditate krasowo Dzietzielki sittorum per se a Nobili Paulo Zyebek krasow ski quondam sitorum quatuordecim sulcos a fluviolo ad campum inter mettas Nobilium Valentini Zukaszik et Petri Zdrod iacen cum fundo prato gajo et omnibus ac singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis cunctis nullis exceptis perpetuo dedit donavit inscripsit et resignavit Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Mini et Nobiles duos officio acceptatam dat et admittit submittitque se idem recognoscens eundem donatorem suum et eius succores occasione commissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum tueri defendere soluere per se et per submissas ac subordinatas personas non inbriare sub damnis terrestribus simpliciter taxatis Et Coram officio presenti Castrensi Premisliensi in primo citato termino peremptorie responsione ac citatis satisfactione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus dillationibus evasionibus appellationibus motionibus vera vel simplici informalitatis actione pro maiore minore succorum tarda extraditione mala possessione in ordinata scriptione aliisque omnibus iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos succores uti absoluendo et abrenunciando.

Krasowska **Reformatio**

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Capitanalibus Premisliensibus comparens Nobilis Christophorus olim Stanislai Chtodo de Krasowo Czestki heres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Apolonie filie Nobilis Valentini Chudobik Krasowski Coniugi sue legitime ratione vero dotis post eam accepte et in bona sua impertate in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hereditate krasowo czestki et alibi ubivis locorum consistentium tunc habitorum et in post favente divina clementia habendorum summam ducentorum Quinquaginta florenorum polonicalium dotis et aliam summam decem florenorum polonicalium addotalicii inscribit reformat assecurat dotalicat et addotalicat more aliorum dotaliciorum et reformationum hoc in regno polonie observari solitorum hac sua presenti personali recognitione inpromissis mediante.

Dobek **Zedziany** **Donatio**

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Capitanalibus Premisliensibus comparens Nobilis Stephanus olim Hieronimi Zedzian de Zendziany heres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Andree olim Alberti Dobek bonorum sitorum in hereditate Zendziany sittorum in area octo sulcos a via Poplawcana ad viam Zaguminna inter mettas sui recognoscentis et eiusdem Andree iacentes cum agris horto sepibus et omnibus utilitatibus nullis exceptis dedit donavit inscripsit et resignavit perpetuis temporibus Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos officio acceptatam dat et admittit submittitque se idem ipse recognoscens suos cum successoribus eundem donatorem suum et eius successores occasione commissorum ab omni impedimento iuridico omnium et singularum personarum cuiuscunque sexus status et conditionis existentium tueri defendere eximere eliberare intercedere pacare soluere per se et per submissas personas non inbriare sub damnis terrestribus simpliciter taxatis Et Coram officio presenti peremptoria responsione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dillationibus se et suos successores uti absoluendo et abrenunciando.